

sanguis corrumpitur, & in pravam bilem intatur, ac illicò ad  
extimas usq; partes protruditur.

## XVIII.

*Internæ sunt & quidem ratione Epatis; calidior ejus Intem-  
peries, quâ copiosior gignitur bilis, quam à fellis vesica recipi,  
ac per vias ordinarias ex purgari potest, unde redundans quoquò  
versum irrumpit & cum sanguine ejusve sero cutim invadit ac  
tingit, citra tamen inflammationem, obstructionem aut Scir-  
rhum; Deinde nascitur etiam vitio inflammationis, cujusvi &  
incendio sanguinis pars maxima vertitur in bilem & in omne  
corpus effunditur.*

## XIX.

Causæ quæ bilem in corpore p. n. detinent, evacuatio-  
nemque impediunt, oriuntur, vel ob defectum facultatis,  
vel ob angustiam meatuum vel vasorum. Ob faculta-  
tis quidem defectum, quando attractrix vel Expul-  
trix adè imbecilles redduntur, ut officium suum (quod est ex-  
crementum biliosum ex Epate attrahere & extra corpus protrus-  
dere) facere non possunt. Fit autem hoc vel propter, copiam  
Excrementi cum vesicula adè repletur & distenditur ut propter  
repletionis multitudinem, idem excrementum ad intestina ex-  
pelli nequeat, cujus distensionis meminit *Forestus lib. obs. citato  
obs. 16.* Vel per propter *intemperiem aliquam.* Ob angustiam  
viarum seu meatuum, ubi meatus isti ex Epate in vesiculam  
fellis tendentes, per quos bilis in vesicam allicitur angustiores  
redduntur & clauduntur, quibus clausis, bilis in Epate sub-  
sistens restagnat, & cum sanguine in venam cavam distribui-  
tur, & in totum corpus dispergitur. *Retentio mensium Schenk. obs.  
l. 3. fol. 464<sup>o</sup> hemorrhoidum hujus p. hinc. Veng in fatiabilis.*

Hæc verò angustia provenit: *vel ab Obstructione* ab humo-  
ribus multis, crassis, pituita, bile crassâ, lapillis seu calculis,  
quorum aliquando plus quam quadraginta, ciccerum seu pisco-  
rum instar in hac vesica ejusq; meatibus reperti fuere. Ejus-  
modi *Observationes collegisse Sibenkium Sennertus testatur. Vide  
etiam Foresti l. c. Vel à circumacentium partium compressione,*  
quan-

l. 3. max. part. 6. s. 1. c. 9.  
Fabric. Hildan. cent. 4.  
obs. 44.